


EURIPIDIS ION  
WITH NOTES BY  
BADHAM.

Letter





ΕΥΡΥΠΙΔΟΥ

ΙΩΝ.

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY

LGr  
E89iB

EURIPIDES  
(ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ)

Ι Ω Ν.

---

RECENSUIT

CAROLUS BADHAM, S.T.P.,

REGLE SCHOLE LUDENSIS MAGISTER.

---

WILLIAMS AND NORGATE,  
14, HENRIETTA STREET, COVENT GARDEN, LONDON;  
AND  
20, SOUTH FREDERICK STREET, EDINBURGH.

MDCCLXIII.


ГОДЪНАТА  
И ДЪ

16799  
19/10/91 \*  
\*





## PRÆFATIO.



EADEM fere hujusce libri ratio est, atque ejus in quo ante biennium Iphigeniam Tauricam Helenamque edendas suscepi, nisi quod emendationum auctores sæpius commemoravi, et plures virorum doctorum notas meis admiscui. In textu constituendo maximum adjumentum attulit Codex Palatinus a G. Dindorfio collatus; cui libro Iphigenia Taurica non inest, Helena inest quidem sed a nemine adhuc perlustrata est. Hunc et Florentinum 2 ex eodem codice fuisse descriptos lectionum in utroque magna similitudo ostendit; sed longe dispares scribas uterque prodit. Qui enim Palatinum exaravit tanta cum incuria munere suo functus est, ut nisi alterum librum haberemus, vera Euripidis verba plurimis in locis frustra hodie quæreremus. Contra ejus, qui Flor. 2 scripsit, parum cautæ mutationes vix minus damnosæ fuerunt, quam alterius imperitia. Interdum autem in locis corruptis haud facile est decernere utrum ducem sequamur, quum aut fieri possit, ut Palatinus pravam lectionem etiam pejus corruperit, dum Florentinus eandem fideliter exhibet, aut ut Palatinus id servaverit, quod Florentinus frustra corrigere conatus est. Nonnunquam utrumque a communi lectione quamvis diversa via aberrasse reperimus, ut in 702, ubi Flor. 2 τὸ δὲ (volebat τοῦ) ποτ' εὐφημα, Pal. τὸδ' ἔτ' εὐφημα, habet. Scilicet ille, quum τυραννίδος φίλα huic antistrophicum versum esse crederet,

τόδε in τοδί mutandum censuit; ille mera negligentia syllabam πο omisit. Atque ut neutri ita habenda est fides, ut alterum spernamus, sic et amborum consentienti testimonio non est temere credendum; id quod evincunt loci pene innumerabiles, qui sola divinatione ex vetusta fœditate in pristinum nitorem restituti sunt.

In commentario meo brevitati, quantum res feret, consulere decrevi; itaque nonnullas quæstiones de quibus fusius disputare velim, per hanc occasionem tractabo. Prima est de distinctionis signo male posito, cujus ad minimum quatuor exempla in hac una fabula indicavi. Sc. vv. 4, 149—151, 566, 917—19. Lenissimum omnium remedium, quod in mutanda puncti sede positum, quam utile sit quamque necessarium, in aliis Nostri fabulis ostendam. In Iph. T. 857, editionis meæ, hæc vulgo leguntur.

τόδε, τόδε σὸν, ὦ μελέα ψυχὰ,  
 χρέος ἀνευρίσκειν.  
 πότερον κατὰ χέρσον οὐχὶ ναὶ (ναὸς?)  
 ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾶ  
 θανάτῳ πελάσεις ἀνὰ βάρβαρα φῦλα  
 καὶ δι' ὁδοῦς ἀνόδους σείχων; διὰ κτέ.

Nemo adhuc, quod sciam, animadvertit priorem sententiam a πέμψω pendere; interrogandi signum post ῥιπᾶ, colon post σείχων ponendum est; in sequentibus sibimet ipsa respondet, terra fugientem Orestem mortis periculum aditurum. Helen. 1283—5.

σὺ δ', ὦ τάλαινα, μὴ 'πὶ τοῖς ἀνηνύτοις  
 τρύχουσα σαυτήν· Μενέλεως δ' ἔχει πότμον,  
 κοῦκ ἂν δύναίτο ζῆν ὁ καθθανὼν πόσις.

Pro τρύχουσα σαυτήν quod habent Florr. 1. 2. legitur in Aldina τρύχου σὺ σαυτήν, “ex conjectura correctoris,” inquit G. Dind. Potius crediderim hanc lectionem sicut multas alias typographum e Palatino sumpsisse. Scribendum conjicio, μὴ ’πὶ τ. ἀ. τρύχου· σὺ σαυτήν, (sc. ἔχεις) M. δ’ ἔχει πότμον. Certior plerisque hæc correctio videbitur in Helen. 348—53. σέ γ’ ἀνεκάλεσα, σέ δὲ κατόμοσα . . . θανόντος εἰ βάζεις ἔτμος ἀνδρὸς ἄδε μοι—(Χο. τί τὰδ’ ἀσύνετα;) φόνιον αἰώρημα κτέ. Male vulgo post μοι interpungitur. In Herc. Fur. 556—7.

HP. κοῦκ ἔσχεν αἰδῶ τὸν γέροντ’ ἀτιμάσαι;

ME. αἰδῶς γ’ ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω.

θεοῦ in χθονὸς mutandum videbatur Elmsleio; alii Βίαν significari opinati sunt. Lege, Αἰδῶς; ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω. cf. Ion. 348—9. -ἀλλ’ αἰδούμεθα. I. οὐ τᾶρα πράξεις οὐδέν’ ἀργὸς ἢ θεός. Similem vocis iterationem habemus Helen. 462—3,

Γ. Πρωτεὺς τὰδ’ οἰκεῖ δώματ’, Αἴγυπτος δὲ γῆ.

M. Αἴγυπτος; ᾧ δύσηνος, οἷ πέπλωκ’ ἄρα.

In Herc. Fur. 599. pro

καλῶς προσελθὼν νὺν πρόσειπέ θ’ ἐσίαν,

Distinguendum καλῶς· προσελθὼν ν, π. θ’ ἐ. Sic in Ion. 429, καλῶς ἔχων (vulgo ἔχω) δὴ πάνθ’ ὅσων ἐχρηζόμεν Στείχοιμ’ ἂν εἶσω.

In versu 749, αἰπεινὰ δέ μοι μαντεῖα in omnibus libris manu scriptis invenitur; Valckenærium αἰπεινά τοι μ. corrigentem omnes editores secuti sunt. Sed operæ pretium est ipsa viri summi verba, (ad Phœn. 455.) apponere; “quia δὲ nonnunquam sic ponitur, ubi τοι præcesserat, in Eur. Ione v. 39, corrigebam: Αἰπεινά τοι μαντεῖα, τοῦ γήρωσ

δέ μοι.” Persuasum habeo Valckenærio tam leve argumentum per se nunquam placiturum fuisse; sed orationi, ut opinor, hanc particulam longe præ cæteris convenire judicabat. Cur ego diversa sentiam quam potero brevissime declarabo. “Illud τοι,” ait Idem in l. c., “frequens in gnomis, sententiam est adfirmantis.” Verum hoc quidem, sed non eatenus verum, ut certam et propriam notionem hujus particulæ definiat; etenim ejus vis non est in dialectica quærenda, tanquam orationi aliquid aut adjiciat aut detrahat, sed potius indicio est, eum, qui loquitur, rei intentum de auditore atque ejus assensu minus cogitare. Qui enim præceptum cum aliqua auctoritate pronuntiat, id quod in γνώμῃς fit, aut rem narrat de qua nemo se gravior testis habendus sit, hac particula utitur; hinc fit quod ἴσθι τοι toties conjuncta invenimus. Eadem de causa σύ τοι, et σέ τοι frequentantur, quibus nihil ei, quem alloquimur, proponimus, nihil ab eo contendimus, sed simpliciter compellamus, *tu, te aico*. Recte quoque in illis, εἰρήσεαί τοι κεί θανεῖν μέλλω ἐπιληῖ, audacia loquentis exprimitur, qui in suo proposito perstare decrevit; in Heracl. 691, μή τοι μ' ἔρκε ἕρᾶν παρεσκευασμένον et in Med. 179, μή τοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον φίλοισιν ἀπέσω, eadem est hujus particulæ ratio. Quod autem post τοι in priore membro positum δέ subjici solere animadvertit Valckenærius, ex ipsa γνώμῃς natura deducitur; quandoquidem a præcepto communi ad certam occasionem aut exemplum pergere consuevimus; velut in eo ipso Phœnissarum loco,

οὔτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει  
σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς.

Sed in hac Ionis sententia nihil est ejusmodi, in quo loquentis ἀντίω

κειαν apparere oporteat; nam templi gradus ascensu difficiles esse nimis per se manifestum est, quam ut cum aliqua auctoritate confirmetur. Neque vero solas literas spectantibus correctio aliquid habet quo se commendet; longe probabilior conjectura est μοι a libraro illatum, qui αἰπεινὰ δὲ μαντεῖα ad justam pedum mensuram revocare voluerit; δὲ autem, ut sæpe alibi, ex male lecto compendio τοῦ μὲν oriundum esse.

Verissima mihi videntur quæ Elmsleius ad Heracl. 693, de discrimine genitivi et accusativi absolute positorum disseruit; sed hic versus si sanus est,

ὡς μὴ μειοῦντα τᾶλλα σοι λέγειν πάρα,

observationem viri sagacissimi penitus evertit; non enim id significaret, quod significare debet, *perge dicere quæ vis, quoniam ego non hic manebo*, sed *quoniam putas me hic non mansurum*, quod a totius orationis sensu abhorret. Sed restant alii scrupuli iique gravissimi. Primum pronomine carere non possumus; deinde in omnibus, quæ Elmsleius attulit accusativi absoluti exemplis, οὐ, non μί, reperitur. Quare levissima mutatione legendum conjicio, ὡς μὴ μειοῦντα ΤΑΜΑ σοι λέγειν πάρα, h. e. *scito me non mansurum*.

Duobus in locis hujus fabulæ a recepta interpretatione discedendum mihi putavi, sc. 370, 1164. Et in priore quidem ad falsam interpretationem refellendam satis esse arbitror veram proposuisse; alterum,

ἤμπισχεν ἄλλα βαρβάρων ἰφάσματα,

haud inutile erit paulo fusius tractare. Hæc hodie ita capienda præcipiunt, ut ipsæ barbarorum imagines telis intextæ fuisse dicantur.

Perobscure quidem hoc ita dictum esset ; sed concedamus ita scribere potuisse Euripidem ; nunc, quæ sequuntur, attendamus :

*εὐηρέτους ναῦς ἀντίας Ἑλληνίσιν,  
καὶ μῖξόθηρας φῶτας, ἰππείας τ' ἀγρὰς  
ἐλάφων, λεόντων τ' ἀγρίων θηράματα.*

Sic interpungendum esse nemo, opinor, semel monitus non videbit ; ita copulam ubique suo loco positam habemus, præterquam in eo unde abesse prorsus non potest ; aliæ enim sunt barbarorum imagines, aliæ navium. Et si quidem barbari soli depicti essent, nihil esset quod in inventione reprehenderemus ; hic frigide excogitatum esset iisdem telis singulas hominum figuras, et res motu et varietate plenas, ceratmen navale, monstra, venationes, intexi. Quoniam autem prima aulæ Amazonum opificium fuisse narrantur, tertia Atheniensis alicujus donum, itaque ex Attica textrina profecta, quod et intexta Cecropis historia evincitur, secunda etiam unde venerint referri convenit. Hæc igitur si Persica fuisse statuas, statim apparet cur per prolepsin classis Græcorum classi opposita et ferarum venationes ibi depictæ fuerint. Sed objicit amicus doctus *μῖξόθηρας φῶτας* Persarum mythologiæ penitus ignotos fuisse ; at in provinciis, quæ in Asia Minore sub Persarum ditione erant, quorum incolas Athenienses multo melius quam veros Persas cognitos habuerunt, frequentes fuisse verisimile est ; id quod Phrygiæ et Lyciæ monumenta testantur. Fuerunt igitur hæc texture nobilia ista Persarum *παραπετάσματα*, Xenophonte plus semel memorata.

Hæc habui quæ de Ione præferer ; nunc pauculas observationes in aliarum fabularum loca subjiciam, et primum earum quas ipse edidi.

In Iph. T. 9, κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Ἀνλίδος, omnino recipienda est Cobeti correctio κοιλαιῖς. In 15 δεινῆς τ' ἀπλοίας, πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων æque ineptum est δεινῆς ut ἀπλοίας epitheton; quid si ver-  
sum excidisse statuamus, qui hanc fere structuram habuerit?

ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκταῖς σὺν πανέλληνι σόλω

ΔΗΝ ΗCΓ' ΑΠΛΟΙΑΙ, πνευμάτων οὐ τυγχάνων.

Sic in Iph. Aul. 88, ἡμεσθ' ἀπλοία χρώμενοι κατ' Ἀνλίδα.

62. νῦν οὔν ἀδελφῶ βούλομαι δοῦναι χοᾶς  
παροῦσ' ἀπόντι.

Sic librorum scripturam παροῦσα παντὶ correxit Canterus; sed πα-  
ροῦσα quomodo intelligendum est? Nisi me omnia fallunt ἀποῦσ' ἀπόντι  
dictum oportuit: ἀπὸ et παρὰ permutari quis nescit? 214,

οὐδ' ἰσοῖς ἐν καλλιφθόγοις

κερκίδι Παλλάδος Ἀτθίδος εἰκῶ

καὶ Τιτάνων ποικίλλουσ'.

Hoc innumeris exemplis adnumerandum, in quibus scribæ ad male in-  
tellectam orationis structuram terminationem mutaverunt. Videbatur  
nempe καλλιφθόγοις ad ἰσοῖς pertinere! Legendum, οὐδ' ἰσοῖσιν καλ-  
λιφθόγω κερκίδι κτέ. 322. Sanum est ἐξεκλέψαμεν, quod recte oppo-  
nitur τόλμη. 495, seqq.

Ιφ. φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος; ἢ ποία τύχη;

Ορ. φεύγω τρόπον γε δὴ τιν' οὐχ ἑκῶν, ἑκῶν.

Ιφ. ἄρ' ἄν τί μοι φράσειας ὦν ἐγὼ θέλω;

Ορ. ὡς ἐν παρέργω τῆς ἐμῆς δυσπραξίας.

Ιφ. καὶ μὴν ποθεινός γ' ἦλθες, ἐξ' Ἀργους μολών.

Ορ. οὐκουν ἔμαντῶ γ', εἰ δὲ σοὶ, σὺ τοῦθ' ὄρα.

Ιφ. Τροίαν ἴσως οἶσθ', κτέ.

Hermannō, si recte memini, auctore interrogationis signum post *ἔνσπραξίας* positum est, tanquam Orestes cum quadam acerbitate respondisset. “Videorne tibi in hac mea calamitate sermonibus serenidis vacare?” Hæc tam indecora et illiberalia idcirco Oresti imputantur, quod responsio Iphigeniæ mulcendis ferocibus animis accommodata est; eadem de causa insertum est *γε* ab Editore Cantabrigiensi, ut sit, “*et tamen* gratus ad nos venisti;” recte, si cætera recta essent; Sed versuum ordo turbatus est, et sic restituendus. *Ιφ. φύγας δ’—Ορ. φεύγω—Ιφ. καὶ μὴν—Ορ. οὐκουν—Ιφ. ἄρ’ ἄν τί—Ορ. ὡς (γ’) ἐν παρέργῳ—Ιφ. Τροίαν—* Scilicet ex his versibus alterum aut tertium par omisum, et postea non justæ sedi insertum est. 564. Male hæc correxi, ut et plurima alia in hac fabula, quæ in altera Iphigeniæ editione iterum tractabo; nunc hoc tantum moneo *εῖ* non debuisse turbari, et legendum esse *μάλιτα γίγνεσθαι φιλεῖ*, aut *γίγνεται βροτοῖς*.

575. σὺ δ’ εἶ γὰρ ὡς ἔοικας οὔτε δυσγενῆς  
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοῦς κὰγὼ θέλω  
σώθητι καὶ σύ.

Sic libri: ne longus sim, corrigendum moneo, ΔΟΥC ΑΓΩ pro ΧΟΥ-  
CΚΑΓΩ; et mox, cum Marklando, *σώθητι καὶ ζῆ*.

631. σὲ δὲ τύχας μάκαρος, ὦ νεανία,  
σεβόμεθ’, εἰς πάτραν.

Restituendus dochmius legendo *μακαρίας*. *νεανία* trisyllabum est.

660. αἰσχρὸν, θανόντος σοῦ, βλέπειν ἡμᾶς φάος·  
κοινῇ τ’ ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.

τ’, γ’, ε’, omnia pariter molesta, et quæ nexum sententiarum interrumpunt.



pant potius quam adjuvent; sed in T latet  $\Xi$ , quo recepto, lege κοινῇ ἔξιπλευσα. 766. Pro

τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἅπις' ἀφίζομαι,

lege,

τάχ' οὖν ἐρωῶ Ἐὼ, κείς ἅπις' ἀφίζομαι.

778. Pro δέχομαι, παρείς δὲ γραμμάτων ΔΙΑπτυχᾶς multo melius foret ΑΝΑπτυχᾶς; h. e. παρείς τὸ ἀναπτῦξαι τὰ γράμματα; cf. Ion. 231. ubi δὸς σώματος ἀμφιπτυχᾶς ponitur pro δὸς μοι ἀμφιπτύσσειν τὸ σὸν σῶμα.

850. ὦ κρείσσον ἢ λόγοισιν ἐντυχῶν ἐμοῦ τύχαν.

Male ἐμοῦ uncinis inclusi; quod primus Elmsleius deleri jussit, non animadvertens mendosum esse ἐντυχῶν sive id pro participio sive pro adjectivo habeatur; sic enim diceret, quod falsissimum est, felicitatem verbis majorem Oresti et sibi contigisse. Legendum,

ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν ἐντυχῶν ἐμοί.

883. οὐδέν μ' ἐπίσχει γ' οὐδ' ἀποσήσει λόγου πρῶτον πυθέσθαι. Sic Aldus, Codd. ἐπίσχει γ'. Multo leviori vulnere hæc laborare existimo, quam vulgo creditur; verum quidem est præsens cum futuro non posse conjungi; quod autem dixi in commentario inutilem esse γε particulam, hoc mutata lectione verum est, sed eadem retento ἐπίσχει pene est orationi necessaria. *Saltem nihil impedit, quo minus prius scisciter, &c.* Lege igitur οὐδ' ἀποσήσεις λόγου quod parenthetice sumendum.

917. ἔστιν γὰρ ὁσία ψῆφος, ἣν Ἄρει ποτὲ

Ζεὺς εἴσατ', ἕκ του δὴ χερῶν μιάσματος.

Sine exemplo est του δὴ pro δὴ του positum; sed et hoc propter cæsura intolérable; legendum suspicor, ἕκ του διὰ χ. μ.

1089. ἐν γὰρ ἀνάγκαις  
οὐ κάμνει σύντροφος ὦν  
μεταβάλλει δυσδαιμονία.

Ultimo versui hic in stropha respondet, λιμναν θ' εἰλίσσουσαν ὕδωρ.  
Num scribendum ΤΑ ΠΑΛΛΑΙ, pro (ΜΕ)ΤΑΥΑΛΛΑΕΙ?

1191. τούσδ' (alii τοὺς δ') ἄρ' ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὀρω ξένους.  
ἄρα putidum est librarii supplementum; qui τούσδ' e τούσδε δ' corruptum non videbat.

1213. seqq. ὄθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων  
σκιερᾶ κατάχαλκος εὐφύλλω δάφνα  
γᾶς πελώριον  
τέρας ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον.

Lege, σκιερὸν κάτεχ' ἄλκος εὐφύλλου δάφνας. Sin hæc ita corrigantur sequentia quoque correctione egebunt; atque adeo lacunosa illa esse ex antistropha apparet quæ ante audacem Seidleri mutationem sic legebatur.

Πυθίων δόμων  
χθονίαν ἀφελεῖν θεᾶς μῆνιν νυχίους τ' ἐνοπίας.

His stropham ita fere accommodare possis; Γᾶς πελώριον Τέρας (ὄμμασιν) ἄμφεπον (Libri ἀμφέπει) μαντεῖον (ὑπο)χθόνιον. Audacem voco Seidleri mutationem, quia in 1244, παῦσε νυχίους ὀνείρους, anapæstus qui ultimæ sedi debetur facilius inveniri potuisset quam arces-tita e longinquo voce ἐνοπίας. Scilicet ΟΝΕΙΡΟΥΣ recta via nos ducit ad ΕΝΕΡΟΥΣ: itaque παῦσαι νυχίους ἐνέρους sine ulla dubitatione reponatur. 1409. τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἀναψυχάς. Tres sunt versus in Euripide, qui cum ab omnibus libris abessent e Stobæo in

Nostri textum recepti sunt; nempe, Herc. Fur. 1349, Iph. Aul. 394, et hic, quem citavi. Primo et altero expenso, quanti tertius habendus sit facilius iudicium erit. Jam conferantur inter se versus illi ex Hercule Furente, ut ante additamentum Stobæi scribebantur,

ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅσας οὐχ ὑφίσταται  
οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποσηῆναι βέλος.

et ut nunc scribuntur,

τὰς συμφορὰς γὰρ ὅσας οὐκ ἐπίσταται  
θνητὸς πεφυκῶς οὐ τὸν τρόπον χρεῶν φέρειν  
οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποσηῆναι βέλος.

Opusne erit disputationibus, ut ostendamus utra ex his sententiis concinnior et poeta dignior habenda sit? tum frustra hæc literæ colerentur. Iph. Aul. 389 *seqq.*

ῶμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὄρκον οἱ κακόφρονες  
φιλόγαμοι μνηστῆρες· ἦδ' εἰς ἔλπις οἶμαι μὲν θεός,  
καῖξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος.  
οὐς λαβῶν τράτευε γ'· οἶμαι δ' εἰ σῆ μωρία φρενῶν.  
οὐ γὰρ ἀσύνητον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι  
τοὺς κακῶς παγέντας ὄρκους καὶ συννηαγκασμένους.

Duos ultimos versus citant Theophilus ad Autolyicum et Stobæus; ex his prior in nostris codicibus deest; rectene an secus reliqua oratione dijudicandum est. Agamemnon igitur se fratri suo non obstrictum prædicat; jubet Menelaum Helenæ procos comites sibi assumere, qui spe potiundæ mulieris stulto se jurejurando implicari passi erant. Quis non videt nihil huc facere, imo poetæ proposito contradicere deo-

rum mentionem, temerarium vel coactum jusjurandum non curantium ? neque vero hoc nimis luculenter dictum. Nihilominus ingeniosa parodia, sive illa Stoici sive Christiani fuerit, non est sua laude fraudanda. Euripides autem, vel potius Euripidis imitator qui antiquissimam hujus fabulæ partem conscripsit, ita est emendandus.

οὐς λαβὼν τράτευ', ἔτοιμοι δ' εἰσὶ μωρία φρενῶν,  
τοὺς κακῶς παγέντας ὄρκοις, καὶ συνηναγκασμένους.

supra libenter legam, ἢδε γ' ἔλπις ὤρμαινεν φρένας.

Quum igitur versus, quem ex Iphigenia Taurica attulimus, ad sensum prorsus inutilis sit, et in libris manuscriptis non exstet, et veluti multi alii memoriæ culpa a Stobæo vel alio quopiam huic loco adjectus esse videatur, eum in altera editione omittere non dubitarem.

Hel. 499—502. πολλοὶ γὰρ—θανμασίον. Dele putidissimos σίχους ἐμβολιμαίους, qui cum præcedentibus aperte pugnant.

Ibid 509. κρίψας ἔμαντον, εἶμι πρὸς νανάγια. Corrigendum quanto citius, κρίψων ἔμαντον εἶμι πρὸς νανάγια.

1249. οὐκ οἶδ'. ἐγὼ δ' ἄπειρος, εὐτυχοῦσα πρίν.

Post hunc versum dialogus inter Helenam et Theoclymenum desinit ; incipit autem alter inter Theoclymenum et Menelaum ; sed nimis abruptum esse transitum quisvis videat. Aliud vitium perspexit Hermannus ; nempe nec pronomen nec δὲ in secundo membro stare posse quum primum ab eadem persona regatur. Quare ille edidit, οὐκ οἶδ' ἐγὼ γ' ἄπειρος εὐτυχοῦσα πρίν. Sed utrique malo medeberis, si mecum legas,

“Οδ' οἶδ'. ἐγὼ δ' ἄπειρος εὐτυχοῦσα πρίν.

In Herc. Fur. 516 *seqq.*

ΘΗ. εἰ σ' ὄψεται τις θῆλον ὄντ' οὐκ αἰνέσει·

HP. ζῶ σοι ταπεινός, ἀλλὰ προσθεῖναι δοκῶ·

ΘΗ. ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ κείνος ὦν ;

Sic Codices.—Jacobsius πρόσθεν οὐ δοκῶ : sed ex ὦν patet δοκῶν requiri ; qua correctione facta cetera nullo negotio restituuntur. ζῶ σοι ταπεινός, ἄλλο πρόσθ' εἶναι δοκῶν ; Hoc ἄλλο admonet me loci in Heraclid. 791, in quo non cum solita felicitate rem gessit Elmsleius.

ΑΔΚ. φόβος γὰρ εἶ μοι ζῶσιν οὐς ἐγὼ φιλῶ.

ΘΕΡ. ζῶσιν, μέγιστόν γ' εὐκλεεῖς κατὰ τράτον.

ΑΔΚ. ὁ μὲν γέρων οὐκ ἔστιν Ἰόλεως ὄδε ;

ΘΕΡ. μάλιστα· πράξας δ' ἐκ θεῶν κάλλιστα δῆ.

Creditum est in tertio versu Alemanam de salute Iolai quærere ; sed de hac jam certior facta erat ; et sic absurde poneretur μὲν, quasi parum esset verisimile Iolaum vivum evasisse. Hoc dicit, at Iolaus certe non est εὐκλεής ? Lege igitur, ὁ μὲν γέρων οὐκ ἔστιν Ἰολέως τόδε ;

Ibid. 583.

εὐδαιμονοῖτε, καὶ γένοιθ' ὑμῖν ὅσα

ἢ ἢ μὴ πάροιθεν καρδία σφαγήσεται.

Lege, σφαλήσεται. 785.

δέσποινα, μύθους σοί τε συντομωτάτους

κλύειν ὁμοῦ τε τοῖσδε καλλίτους φέρω.

Sic scribendum pro ἐμοί τε τῶδε. In Troad 991—2. legendum,

πῶς οὖν ἔτ' ἂν θνήσκοιμ' ἂν ἐνδίκους, πόσι,


πρὸς σοῦ δικαίοις ;

non, ut vulgo, ἐνδίκως—δικαίως. In Androm. 53, legendum ἤτησε  
 Φοῖβον πατρός οὐκτίειν δίκην. h. e. οἱ ἐκτίειν. 59. εὐνοῦς δὲ καὶ  
 σοι, ζῶντί τ' ἦν τῷ σῷ πόσει: Lege, εὐνοῦς δ' ἐκεῖ σοι. 144, pro  
 οἴκτῳ lege σκότῳ. Elect. 383, pro οὐ μὴ φρονήσεθ' legendum οὐ μὴ  
 ἀφρονήσεθ'. cf. Bacch. 343, ubi eandem structuram habemus.

Sed quid hæc ad Ionem?

*Scribebam Ludæ in agro Lincolnensi,*

*Kal. Feb. MDCCCLIII.*







ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

---

ΕΡΜΗΣ.

ΙΩΝ.

ΧΟΡΟΣ ΘΕΡΑΠΑΙΝΙΔΩΝ ΚΡΕΟΥΣΗΣ.

ΚΡΕΟΥΣΑ.

ΞΟΥΘΟΣ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ ἡ ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ΘΕΡΑΠΩΝ ΚΡΕΟΥΣΗΣ.

ΠΥΘΙΑ ἡτοι ΠΡΟΦΗΤΙΣ.

ΑΘΗΝΑ.

## ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΩΝ.

---

- ΕΡ. Ἄτλας, ὁ χαλκίοισι νώτοις οὐρανὸν  
θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίβων, θεῶν  
μῖα ἔφυσε Μαΐαν, ἣ ἔγεινατο  
Ἑρμῆν μεγίστῳ Ζηνὶ, δαιμόνων λάτριν.  
ἦκω δὲ Δελφῶν τήνδε γῆν, ἔν' ὀμφαλὸν 5  
μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνωδεῖ βροτοῖς  
τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα θεσπίζων αἰεί.  
ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις  
τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη,  
οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις 10  
βία Κρέουσας, ἔνθα προσβόρρους πέτρας  
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς  
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.  
ἄγνως δὲ πατρί, τῷ θεῷ γὰρ ἦν φίλον,  
γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον. ὥς δ' ἦλθεν χρόνος, 15

## NOTÆ.

---

1. Elmsleius numerorum causa *νώτοις χαλκίοισιν* corrigebat; sed displicet adjectivum ita languide substantivo suo subjectum; quamvis hujusmodi incuriæ exempla apud Euripidem non desunt. v. c. Andr. 10, 31, cett. Sed et illud fieri potuit ut *οὐρανὸν* glossema fuerit quod in rarioris vocis sedem irrepserit, veraque lectio fuerit *χαλκίοισι νότοισιν πόλον* aut simile quid. Atque hæc quidem omnia incerta, illud certissimum est, mendosam esse quam nunc habemus lectionem. Cujus præcipuus defensor Hermannus nescio quam in recitando pausam fingebat, qua Ἄτλας vox principalis a cæteris verbis disjuncta fuerit. Elegantem vero recitationem, ut actor post unam vocem in scena pronuntiatam subsistat, quasi aliquid flebile aut grande extulerit! Verum fac ita esse, et actorem ab secundo pede quasi de integro versum orditum esse; quis non sentit hanc ipsam pausam, si post primum pedem fiat, efficere ut spondeus ille longe gravius et molestius ad aures accidat. Hæc tironum gratia monenda duxi, ne quis Hermannii auctoritate motus de regula dubitaret, quam Porsonus

abunde demonstravit, et cujus omnis gloria uni Porsono tribuenda est.

3. 'μ' p. μ' L. Dindorfius.

4. Vulgo Ἐρμῆν, μεγίστω Ζηνὶ δαιμόνων λάτριν. Mutata distinctione absurdam verborum collocationem vitavi et Mercurii patris nomen, quod ab hac stirpe abesse non poterat, reduxi. Magis etiam huc convenit Mercurium se Deorum ministrum quam Jovis nuncupare ubi officium quod Appollini præstitit narraturus est. De remedio in distinctionis mutatione quaerendo videnda quæ in Præfatione disputavi.

11. Vetustiores Libri προσβόροις vel πρὸς βόροις πέτραις. Credebat scilicet librarius πρὸς dativum regere oportere. Vel ex hoc exemplo videamus quam parum auctoritatis libris tribuendum sit, quum de terminatione vocabulorum agitur.

12. π. ὑ. ὀ. = ὑπ' ἀκροπόλει, τ. Α. χ. = τῶν Ἀθηνῶν.

15. Codices οἶκον; Correxerit Brodæus. Eandem confusionem in Dionys. Hal. III. 11. indicavit mihi Cobetus. ἀλλ' ἡ μὲν ἡμετέρα πόλις ἀπὸ μείζονος ἀρχήματος ἀρχομένη εἰς ἐλάττονα οἶκον συνῆκται. Legendum ὄγκον.

22. φύλακε pro φύλακας Porsonus.

25. Libri ἐκεῖ. Ex plurimis conjecturis præferenda videtur ἔτι.

28. Palatinus Codex pro φοῖβος habet φίλος. Scilicet α quæ in Codicibus altera forma est τοῦ β, haud raro cum λ μ et ρ confusa est. In Synes. Hymn. 7. πόρεν ἀρχεγόνω νοεράν, quod in omnibus libris legitur, sic corrigendum; πόρεν ἀρχεγόνω ωράν. οἰ et ι idem scriba noster in Bacchabus 1046 confudit ubi ποιηρὸν in πικρὸν corruptit.

33. Libri ἔνεγκ' ἀδελφῶ. Correxerit Musgravius.

τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκεν βρέφος  
 εἰς ταῦτόν ἄντρον, οὐπερ ἠνάσθη θεῶ,  
 Κρέουσα, κάκτιθησιν ὡς θανούμενον  
 κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ,  
 προγόνων νόμον σώζουσα τοῦ τε γηγενοῦς 20  
 Ἐριχθονίου· κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κόρη  
 φρουρῶ παραζεύξασα φύλακε σώματος  
 δισσω δράκοντε, παρθένοις Ἀγραυλίσι  
 δίδωσι σώζειν· ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ  
 νόμος τίς ἐστιν ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις 25  
 τρέφειν τέκν'· ἀλλ' ἦν εἶχε παρθένος χλιδὴν  
 τέκνῳ προσάψασ' ἔλιπεν, ὡς θανουμένῳ.  
 καὶ μ' ὦν ἀδελφὸς Φοῖβος αἰτεῖται τάδε·  
 ὦ σύγγον', ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα  
 κλεινῶν Ἀθηνῶν, οἴσθα γὰρ θεῆς πόλιν, 30  
 λαβὼν βρέφος νεογνὸν ἐκ κοίλης πέτρας,  
 αὐτῷ σὺν ἄγγει σπαργάνοισί θ' οἷς ἔχει,  
 ἔνεγκε Δελφῶν τὰμὰ πρὸς χρηστήρια,  
 καὶ θῆς πρὸς αὐταῖς εἰσόδοις δόμων ἐμῶν.  
 τὰ δ' ἄλλ', ἐμὸς γάρ ἐστιν, ὡς εἰδῆς, ὁ παῖς, 35  
 ἡμῖν μελήσει. Λοξία δ' ἐγὼ χάριν  
 πράσσων ἀδελφῶ, πλεκτὸν ἐξάρας κύτος  
 ἤνεγκα, καὶ τὸν παῖδα κρηπίδων ἔπι  
 τίθημι ναοῦ τοῦδ', ἀναπτύξας κύτος  
 ἐλικτὸν ἀντίπηγος, ὡς ὕρῳθ' ὁ παῖς. 40

κυρεῖ δ' ἄμ' ἰππεύοντος ἡλίου κύκλω  
 προφήτις εἰσβαίνουσα μαντεῖον θεοῦ·  
 ὄψιν δὲ προσβαλοῦσα παιδὶ νηπίῳ  
 ἔθαύμασ' εἴ τις Δελφίδων τλαίη κόρη  
 λαθραῖον ὠδῖν' εἰς θεοῦ ῥίψαι δόμον. 45  
 ὑπὲρ δὲ θυμέλας διορίσαι πρόθυμος ἦν·  
 οἴκτῳ δ' ἀφῆκεν ὠμότητα, καὶ θεὸς  
 συνεργὸς ἦν τῷ παιδὶ μὴ ἴκπεσεῖν δόμων.  
 τρέφει δέ νιν λαβοῦσα· τὸν σπείραντα δὲ  
 οὐκ οἶδε Φοῖβον, οὐδὲ μητέρ' ἧς ἔφν' 50  
 ὁ παῖς τε τοὺς τεκόντας οὐκ ἐπίσταται.  
 νέος μὲν οὖν ὦν, ἀμφὶ βωμίους τροφὰς  
 ἦλατ' ἀθύρων· ὡς δ' ἀπηνδρώθη δέμας,  
 Δελφοὶ σφ' ἔθεντο χρυσοφύλακα τοῦ θεοῦ,  
 ταμίαν τε πάντων πιστὸν, ἐν δ' ἀνακτόροις 55  
 θεοῦ καταζῆ δεῦρ' αἰεὶ σεμνὸν βίον.  
 Κρέουσα δ' ἠ τεκοῦσα τὸν νεανίαν  
 Ξούθῳ γαμεῖται συμφορᾶς τοιαῶσδ' ὑπο.  
 ἦν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,  
 οἱ γῆν ἔχουσ' Εὐβοῖδα, πολέμιος κλύδων· 60  
 ὃν συμπονήσας καὶ ξυνεξελὼν δορὶ  
 γάμων Κρεοῦσης ἀξίωμ' ἐδέξατο,  
 οὐκ ἐγγενῆς ὦν, Αἰόλου δὲ τοῦ Διὸς  
 γεγῶς Ἀχαιός· χρόνια δὲ σπείρας λέχη,  
 ἄτεκνός ἐστι, καὶ Κρέουσ'· ὦν οὖνεκα 65

41. Codd. ἀνιππέοντος. Corr. Musgravius.

44. Eī post θαυμάζειν adhiberi solet, etiamsi nulla dubitatio in animo loquentis sit; quemadmodum et hic Pythia non miratur *utrum puella ausa esset* &ct., sed *puellam ausam esse*. Optativus propter orationem obliquam, non propter adverbium, ponitur. Contra in Elect. 516 de se loquens senex, *κἀθαύμασα*, ait, *τίς ποτ' ἀνθρώπων ἔτλη κτέ.*

58. Ὑπὸ ubi adhibetur agentem indicat. Si *συμφορᾶς τοιᾶσδ' ἄπο* legas, habebis præpositionem hujusmodi sententiæ accommodatam ac pæne necessariam.

61. Durior hæc constructio, in qua prius verbum ad *πολέμιος κλύδων*, posterius ad *γῆν Εὐβοῖδα* referendum est.

79. Libri *πρὸ ναοῦ* quod tueri conatur G. Dindorfius e v. 129 *πρὸ δόμων λατρεύω*. Melior aliquanto mihi visa est altera lectio ob *πυλώματα*.

83. Libri *λάμπει*. Qui hoc retineri volunt satis habent exempla ejus verbi cum sequente accusativo positi adducere, quasi id cuiquam dubium esse possit. Illud non videntur cogitasse, fierine potuerit ut Euripides ineptissimam sententiam scripserit, *ἥλιος λάμπει λαμπρὰ ἄρματα*. Adde quod sensus etiam evadit ei, quem poeta voluit, plane contrarius. Sol enim appropinquabat quidem terræ, verum nondum in eam lucebat; solæ Parnassi apices, primos radios excipientes, mortalibus adventum diei nuntiabant; nam sic interpretor, *τὴν ἡμερίαν ἀψίδα βροτοῖσι δέχονται*.

84. Ceteri libri *πυρὶ τῷδ'*. Pal. *πῦρ τόδ'*. Negligentem sane scribam nactus est hic Codex; qui autem Flor. 2 exaravit multa metri gratia mutando pejus corruptit. Quare incertus sum præstetne vulgatam servare, an *πῦρ τόδ' (ἀπ') αἰθέρος* proponere.

87. Libri *ἡμέραν*. quod quum scriba Codicis Flor. 2 per *πραεῖαν* explicuisset, qui eum librum in Flor. 1 descripsit, glossema in textum intulit. Hæc prava consuetudo infra tangetur.



ἤκουσι πρὸς μαντεῖ' Ἀπόλλωνος τάδε,  
 ἔρωτι παίδων. Λοξίας δὲ τὴν τύχην  
 εἰς τοῦτ' ἐλαύνει, κοῦ λέληθεν, ὡς δοκεῖ  
 δώσει γὰρ εἰσελθόντι μαντεῖον τόδε  
 Ξούθῳ τὸν αὐτοῦ παῖδα, καὶ πεφυκέναι 70  
 κείνου σφε φήσει, μητρὸς ὡς ἐλθὼν δόμους  
 γνωσθῆ Κρεοῦση, καὶ γάμοι τε Λοξίου  
 κρυπτοὶ γένωνται, παῖς τ' ἔχη τὰ πρόσφορα.

Ἴωνα δ' αὐτὸν κτίστορ' Ἀσιάδος χθονὸς  
 ὄνομα κεκληῖσθαι θήσεται καθ' Ἑλλάδα. 75

ἀλλ' εἰς δαφνώδη γύαλα βήσομαι τάδε,  
 τὸ κρανθὲν ὡς ἂν ἐκμάθῳ παιδὸς πέρι.  
 ὀρῶ γὰρ ἐκβαίνοντα Λοξίου γόνον  
 τόνδ', ὡς προναοῦ λαμπρὰ θῆ πυλώματα  
 δάφνης κλάδοισιν. ὄνομα δ', οὗ μέλλει τυχεῖν, 80

Ἴων' ἐγὼ σφε πρῶτος ὀνομάζω θεῶν.

ΙΩΝ. Ἄρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων  
 ἥλιος ἤδη κάμπτει κατὰ γῆν,  
 ἄστρα δὲ φεύγει πυρὶ τῶδ' αἰθέρος  
 εἰς νύχθ' ἱεράν. 85

Παρνησιάδες δ' ἄβατοι κορυφαὶ  
 καταλαμπόμεναι τὴν ἡμερίαν  
 ἀψίδα βροτοῖσι δέχονται.  
 σμύρνης δ' ἀνύδρου καπνὸς εἰς ὀρόφους  
 Φοίβου πέτεται. 90

θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ζάθεον  
 Δελφίς, αἰίδουσ' Ἑλλησι βοῶς,  
 ἄς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ.  
 ἀλλ', ὦ Φοῖβον Δελφοὶ θέραπερ,  
 τὰς Κασταλίας ἀργυροειδεῖς 95  
 βαίνετε δίνας· καθαραῖς δὲ δρόσοις  
 ἀφυδρανάμενοι, στείχετε ναοὺς,  
 στόμα τ' εὐφημεῖν φρουρεῖτ' ἀγαθόν,  
 φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσιν  
 μαντεύεσθαι 100  
 γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν.  
 ἡμεῖς δὲ πόνους, οὓς ἐκ παιδὸς  
 μοχθοῦμεν αἰεὶ, πτόρθοισι δάφνης  
 στέφεσιν θ' ἱεροῖς ἐσόδους Φοῖβου  
 καθαρὰς θήσομεν, ὑγραῖς τε πέδον 105  
 ῥανίσιν νοτερόν· πτηνῶν τ' ἀγέλας,  
 αἱ βλάπτουσιν σέμν' ἀναθήματα, ὡς  
 τύξοισιν ἑμοῖς φυγάδας θήσομεν.  
 ὡς γὰρ ἀμήτωρ ἀπάτωρ τε γεγώς  
 τοὺς θρέψαντας 110  
 Φοῖβου ναοὺς θεραπεύω.  
 Ἄγ' ὦ νεηθαλῆς, ὦ 115  
 κάλλιστον προπόλευμα δάφνης,  
 ἃ τὰν Φοῖβου θυμέλαν  
 σαίρεις ὑπὸ ναοῖς

στροφή.

98. Libri *εὐφημιον*. L. Dindorfius *φρουρέιν*. Sed mirum ni *ἀγαθὸν* et *ἀγαθὰς*, 99, sibi invicem respondent; neque mandato convenit periphrasis per *ἀγαθόν*. Quod dedi firmatur loco in Suppl. 900, *ἐφρούρει μηδὲν ἐξαμαρτάνειν*. Ita optime cohærent sequentia; unus scrupulus in *γλώσσης ἴδιας* restare videatur. Sed hoc de iis intelligendum, qui de privatis negotiis loquentes aut privati doloris vel iræ verba efferentes rem sacram turbabant. Haud multum dissimili de causa Clytemnestræ cum Ægistho nuptiæ *ἴδιοι ὑμέναιοι* vocantur in Orest. 557, utpote communi legi contrariæ.

113. Libri *καλλιῆας*. Dobreus *κάλλιτον*. Recte, ut patet ex geminato *ῶ*.

114. Unicus hic locus est in Euripide, in quo *θυμέλη* in singulari numero reperiatur; quæ vero sequuntur suspicione mendii non carent: nam et *ἂ σαίρεις*—*ᾗ σαίρω* molestam repetitionem faciunt, neque *ὑπὸ νοοῖς* sensum commodum præbent.

116. Libri κήπων præter Pal. qui κόμπων habet. Erroris fontem hunc esse credo ; in codice, unde Palatinus descriptus est <sup>η</sup>καπων scriptum erat. Homo ignavus pro α ο, pro η μ legit, et, quod sæpe factum est, τὴν διττογραφίαν uno tenore exaravit. Reposui κάπων.

118. τὰν metrici imperiti supplementum esse recte statuit Hermannus : desideratur vox disyllaba, cujus significationem etiam conjicere non licet, quum cetera parum sana videantur. Eadem de causa incertum est an μυρσίνας θ' scribendum sit.

122. Male Dindorfius ἀελίου, cujus primam syllabam corripiri posse credit.—λιου optime cum πατέρος congruit.

134. Libri dativum habent. Correxerit Porsonus, frustra repugnante Matthiæo qui ad solitum commentum de duobus constructionibus confusis recurrit.

137 seqq. Libri habent quod in textu reliqui, præter τὸ δ', quæ conjectura est Musgravii pro τὸν δ'. Malim, τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶν τὸν ὠφ. ἐ. π. ὀ. λ. Φοῖβον τὸν κατὰ ναόν. hæc ultima Heathio quoque placebant.

γράφει  
κάπων ἐξ ἀθανάτων,

ἵνα δρόσοι τέγγουσ' ἱεραί,

\*[τὰν] ἀέναον παγὰν

ἐκπροϊεῖσαι,

μυρσίνας ἱερὰν φόβαν, *μυρσίνας*

120

ᾗ σαίρω δάπεδον θεοῦ

παναμέριος ἄμ' ἀλίου

πτέρνγι θοᾷ

λατρεύων τὸ κατ' ἡμαρ.

ᾦ Παιὰν, ᾦ Παιὰν,

125

εὐαίων, εὐαίων

εἴης, ᾦ Λατοῦς παῖ.

καλόν γε τὸν πόνον, ᾦ

ἀντιστροφή.

Φοῖβε, σοὶ πρὸ δόμων λατρεύω,

τιμῶν μαντεῖον ἔδραν.

130

κλεινὸς δ' ὁ πόνος μοι

θεοῖσιν δούλαν χέρ' ἔχειν,

οὐ θνατοῖς, ἀλλ' ἀθανάτοις·

εὐφάμους δὲ πόνους μοχθεῖν

οὐκ αποκάμνω·

135

Φοῖβός μοι γενέτωρ πατήρ·

τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶ,

τὸ δ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος

ὄνομα λέγω,

Φοῖβου τοῦ κατὰ ναόν.

140

- ὦ Παιᾶν, ὦ Παιᾶν,  
 εὐαίων, εὐαίων  
 εἴης, ὦ Λατοῦς παῖ.  
 ἀλλ' ἐκπαύσω γὰρ μόχθους  
 δάφνας ὀλκοῖς·  
 χρυσέων δ' ἐκ τευχέων ῥίψω  
 γαίας παγὰν,  
 ἄν ἀποχεύονται  
 Κασταλίας δῖναι.  
 νοτερὸν ὕδωρ βάλλων,  
 ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὦν,  
 εἴθ' οὕτως ἀεὶ Φοίβῳ  
 λατρεύων μὴ παυσαίμαν,  
 ἢ παυσαίμαν ἀγαθᾶ μοίρα.  
 ἔα, ἔα·  
 φοιτῶσ' ἤδη, λείπουσίν τε  
 πτανοὶ Παρνασοῦ κοίτας.  
 αὐδῶ μὴ χρίμπτειν θριγκοῖς,  
 μηδ' εἰς χρυσήρεις οἴκους.  
 μάρψω σ' εὔ τόξοις, ὦ Ζηνὸς  
 κήρυξ, ὀρνίθων γαμφηλαῖς  
 ἰσχὺν νικῶν.  
 ὄδε πρὸς θυμέλας ἄλλος ἐρέσσει  
 κύκνος· οὐκ ἄλλα  
 φοινικοφαῖ πόδα κινήσεις;

145

150

155

160

165

149. Post *δῖναι* plenam distinctionem posui; eandem post *ῶν*, 151, in comma mutavi. Ridicula antiqua interpunctione orta erat sententia, *ρίψω παγάν ὑδὼρ βάλλων*.

152. Pal. *ἀρεὶ*. Flor. 2. *αιεὶ*. Elmsleius *ἀεὶ*. Scriptum fortasse *ἄρ' ἀεὶ* erat in communi utriusque Codicis fonte.

160. Vulgo *μάρψω σ' ἀῖ*, quod a nemine explicatum est, neque, ut opinor, explicari possit. Itaque reposui *εῖ*.

168. Libri παρά τε. Scaliger πάραγε. In versu sequente ultimam in Δηλιάδος corripi necesse est, nisi aut deesse aliquid ante αϊμάξεις statuamus aut id ipsum in φοινίξεις mutemus.

17<sup>3</sup>. Οὐ καλῶς ἔχουσι (sic) ταῦτα. Schol. ad Florr. 1. 2. Quid Scholiastæ displicuerit, non perspicio.

174-5. Hesych. v. καρφυλαί (ordo postulat καρφυραί) αἱ ἐκ τῶν ξηρῶν ξύλων γενόμεναι κοῖται. Εὐριπίδης Ἴωνι. Schol. Flor. Λέγει δὲ τοὺς φωλεοὺς, οἳ ἐπὶ (πλεῖστον) ἐκ καρφέων γίγνονται.

177. Libri ceteri ἐν δίναις. Bonum factum quod Cod. Pal. ἐν omittit. Legendum χωρῶν δίνας τὰς Ἀ.; ita demum νάπος Ἴσθμιον cum præcedentibus construere licebit. Præterea hiatus non ferendus post παιδούργει nescio quomodo vitari possit, nisi παιδουργεῖν scribamus, quod a πείσει pendeat.

181. Lacunam post Φοίβου suspicatur G. D.; credo quod versum parœmiacum desiderat.

187. L. Dindorfium in partibus hujus Chori distribuendis secutus sum, sed v. ad 210.



οὐδέν σ' ἕ φόρμιγξ ἅ Φοίβου  
 σύμμολπος τόξων ρύσαιτ' ἄν.  
 πάραγε πτέρυγας·

λίμνας ἐπίβα τᾶς Δηλιάδος·

αἰμάξεις, εἰ μὴ πείσει, 170

τὰς καλλιφθόγγους ῥῥῥῥῥῥ.

ἔα, ἔα·

τίς ὄδ' ὀρνίθων καινὸς προσέβα;

μῶν ὑπὸ θριγκοῦς εὐναίας

καρφηρὰς θήσων τέκνοις; 175

ψαλμοὶ σ' εἶρξουσιν τόξων.

οὐ πείσει; χωρῶν ἐν δίναις

ταῖς Ἀλφειοῦ παιδούργει,

ἢ νάπος Ἰσθμιον,

ὡς ἀναθήματα μὴ βλάπτηται 180

ναοὶ θ' οἱ Φοίβου.

κτείνειν δ' ὑμᾶς αἰδοῦμαι

τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φάμας

θνατοῖς· οἷς δ' ἔγκειμαι μόχθοις

Φοίβῳ δουλεύσω, κοῦ λήξω 185

τοὺς βόσκοντας θεραπεύων.

ἩΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Οὐκ ἐν ταῖς Ζαθείαις Ἀθά-

στροφὴ ἅ.

ναις εὐκίονες ἦσαν ἀν-

λαὶ θεῶν μόνον, οὐδ' ἄγχι-

\*

ἀτίδες θεραπεΐαι· 190

ἀλλὰ καὶ παρὰ Λοξίῃ  
τῷ Λατοῦς διδύμων προσώ-  
πων καλλιβλέφαρον φῶς.

ἰδοὺ τάνδ', ἄθρησον,

Λερναῖον ὕδραν ἐναίρει 195

χρυσέαις ἄρπαις ὁ Διὸς παῖς·  
φίλα, πρόσιδ' ὄσσοις.

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ὄρῳ· καὶ πέλας ἄλλος ἀν- ἀντιστροφή ἀ.

τοῦ πανὸν πυρίφλεκτον αἰ-

ρει τις· ἄρ' ὅς ἐμαῖσι μυ- 200

θείεται παρὰ πήναις

ἀσπιστὰς Ἰόλαος, ὅς

κοινὸς αἰρόμενος πόνους

Δίῳ παιδὶ συναντλεῖ;

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

καὶ μὰν τόνδ' ἄθρησον 205

πτεροῦντος ἔφεδρον ἵππου·

τὰν πυριπνέουσαν ἐναίρει

τρισώματον ἀλκάν.

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

παντῇ τοι βλέφαρον διώ- στροφή β'.

κω. σκέψαι κλόνον ἐν πτυχαῖ- 210

σι λαῖνοισι Γιγάντων.

193. Libri *καλλίφαρον*. Corr. Brodæus.

194. Athenienses devictis a Phormione Lacedæmoniis, quod accidit Olymp. 87. a. 4. novam porticum Delphis dedicarunt. Eam igitur porticum quidni Euripides per prolepsin depinxerit? Musg. Pictas in pariete tabulas hic intelligi apparet ex v. 206 [210] quæ ita describuntur a poeta ut manifestum sit ad peplum Panathenaicum respici, de quo dixit Boeckhius in libro de tragicis p. 192 *seqq.* Guil. Dind.

199. Libri *πανόν*. Piersonus *πανόν*.

200. *μυθεύεται π. π.* non de sermonibus textentium cum G. Dindorfio capio, sed de ipsa textura: cf. 283, *ἐν γραφῇ νομιζέται*.

203. *αἶρεσθαι πόλεμον, νεῖκος*, et similia, Atticis solennis locutio. cf. Elm. ad Heracl. 504.

210. Quoniam priori Hemichorio primas partes et longiores *ρήσεις* assignari par est, sequentia ita distribuere malim. *διώκω*. 'HM. *ά. σκέψαι*—'HM. *β'. ὤδε*—et sic deinceps. Libri *τείχεσι* quod metro repugnat. Musgravius *πτυχαῖσι*. *υ* et *ει* nota confusio ex ea scriptura oritur in qua *ε* non seorsim et in sua forma pingitur sed per curvam lineolam summæ apici sequentis literæ adhærentem repræsentatur, unde fit compendium, quod uncialis *Υ* altero cornu mulcati speciem præfert.

212. Deest aliquid quod in bacchio pede contineatur. Unam modo syllabam non deesse vel inde apparet, quod nullus hic locus cuilibet particulæ esse possit, minime vero omnium τῶ δῆ. Hoc enim sic per se positum significationem τοῦ ἤδη non assumit.

223. Libri τέκνον. Elmsl. τέκνων.

227. Interpellatur stropha anapæstis, quas in scena recitat Ion. G. Dind. Monet Musgravius, Ionem postea corrigere se, diserteque explicare quod hic nimis præcise dixisset.

228-9. Libri πυθοίμαν—τίνα δὲ θέλεις. Hermanni conjecturas recepi, sed fortasse propius vulgatam esset τίνα (τάν) δὲ θέλεις; Facta lenissima correctione metrum evadit non modo non ineptum, sed fere idem quod in 218, 222. Neque vero ineptum est αὐδᾶν, nisi, ubi de fama sermo est, vox, quæ famam significat, inepta dicenda est. Quod eam Cod. Pal. alteri versui adjicit, credo meram esse scribæ negligentiam omissa loco non suo reponentis. Τίνα autem nulla alia de causa videtur damnasse G. Dindorfius quam quod ad αὐδᾶν necessario pertinet.

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ᾧδε δερκόμεθ', ᾧ φίλαι, \* \* \*

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

λεύσσεις οὖν ἐπ' Ἐγκελάδῳ  
γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν; *οὐκ ἔστι*

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

λεύσσω Παλλάδ' ἐμὰν θεόν. 215

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

τί γάρ; κεραυνὸν  
ἀμφίπυρον ὄμβριμον ἐν Διὸς *ἄνεμος*  
ἐκηβόλοισι χερσίν;

ἙΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ὄρω' τὸν δαΐον  
Μίμαντα πυρὶ καταθαλοῖ. 220

καὶ Βρόμιος ἄλλον ἀπολέμοισι  
κισσίνοισι βάκτροις  
ἐναίρει Γᾶς τέκνων ὁ Βακχεύς.

ΧΟ. σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν ἀν- ἀντιστροφὴ β'.  
δῶ' θέμις γυάλων ὑπερ- *γυάλων αὐτῶν γυάλων* 225  
βῆναι λευκῶ ποδὶ γ \* \*

ΙΩΝ. οὐ θέμις, ᾧ ξέναι.

ΧΟ. οὐδ' ἂν ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμεθ' αὐδάν;

ΙΩΝ. τίνα δῆτα θέλεις;

ΧΟ. ἄρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν 230  
γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος;

- ΙΩΝ. στέμμασί γ' ἐνδυτόν' ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.  
 ΧΟ. οὕτω καὶ φάτις ἀνδᾶ.
- ΙΩΝ. εἰ μὲν ἐθύσατε πέλανον πρὸ δόμων  
 καί τι πυθέσθαι χρήζετε Φοίβου, 235  
 πάριτ' εἰς θυμέλας. ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις  
 μῆλοισι δόμων μὴ πύριτ' εἰς μυχόν.
- ΧΟ. ἔχω μαθοῦσα.  
 θεοῦ δὲ νόμον οὐ παραβαίνομεν'  
 ἅ δ' ἐκτός, ὄμμα τέρψει. 240
- ΙΩΝ. πάντα θεᾶσθ', ὅ τι καὶ θέμις, ὄμμασι.  
 ΧΟ. μεθεῖσαν δεσπότηαι  
 με θεοῦ γύαλα τάδ' εἰσιδεῖν.
- ΙΩΝ. δμωαὶ δὲ τίνων κλήζεσθε δόμων;  
 ΧΟ. Παλλάδι σύννοικα τρόφιμα μέλαθρα 245  
 τῶν ἐμῶν τυράννων.  
 παρούσας δ' ἀμφὶ τᾶσδ' ἐρωτᾶς.
- ΙΩΝ. Γενναιότητος τῶν τρόπων τεκμήριον  
 τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδ', ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι.  
 γνοίη δ' ἄν ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπου πέρι 250  
 τὸ σχῆμ' ἰδὼν τις, εἰ πέφυκεν εὐγενής.  
 ἕα.  
 ἀλλ' ἐξέπληξάς μ', ὄμμα συγκλήσασα σὸν,  
 δακρύοις θ' ὑγράνας' εὐγενῆ παρηίδα,  
 ὡς εἶδες ἀγνὰ Δοξίου χρηστήρια. 255  
 τί ποτε μερίμνης εἰς τόδ' ἦλθες, ὦ γύναι;

232. Libri ἐνδυτός. Correxit Musgravius.

234. seqq. Πέλανος non de sanguine sed de mola accipien-  
 dus. Θύμelai et μυχός hic eandem templi partem significant,  
 sed nequaquam eam quam intellexit Musgravius; verum *ipsa*  
*penetrabilia*, quæ ille auctore Plutarcho feminis interdicta crede-  
 bat; aliter priori non adjunxisset καί τι πνθέσθαι κτέ. Nam  
 τοὺς θεμισέοντας ἐν μυχῶ fuisse oportet.

245. Libri Παλλάδος ἔνοικα. Genitivus ab ἔνοικα pendere  
 non potest, neque si posset, verba sic constructa sensum com-  
 modum præberent. Aliter vero ne construantur prohibet  
 ceteræ sententiæ perfecta concinnitas, in qua τῶν ἐμῶν τυράν-  
 νων genitivi a τρόφιμα reguntur. Ἐν et Συν passim confundi  
 notum est.

247. Libri fere τάδ' sed cum τάσδ' superscripto.

248. Libri γενναιότης σοι καὶ τ. τ. Boissonadius γενναιό-  
 τητος. Hoc adoptavi et præterea τῶν pro καὶ scripsi.

263. Cod. Pal. ἔσχομεν. Flor. 2. ἔχομεν. quæ correctio est prioris lectionis, eaque falsa. Nam cum causam narrare deberet cur primo templi aspectu adeo animo turbata esset, apertum est nihil ad rem esse quid tum in mente habeat. Itaque  $\mu$  mutandum in  $\rho$  et  $\epsilon\nu$ , quod supplevit librarius postquam  $\mu$  pro  $\rho$  perperam legit, delendum. Recte Dobreus  $\pi\epsilon\rho$  pro  $\pi\omicron\nu$ .

267. ἀνερεύνητα, quæ mihi non fas est sciscitari, vertit Dobreus. Cur igitur sciscitatur? Potius vertendum, quæ mihi nondum explorata sunt.

268. Male faciunt qui distinctionem post οὐδὲν tollunt. Cf. Iph. T. 781. οὐδὲν· πέραινε δ'· ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε. Plane portentosa est constructio, οὐδὲν μεθῆκα τόξα, et quæ nihil commune habet cum illa quam laudant, καὶ ταῦτα μὲν ἐὶ νούς ἐτόξευσεν μάτην.

270. Qui Creusæ responsa, eorumque ordinem attendit non dubitabit quin verissime L. Dindorfius ποίου πατρός pro ποίας πάτρας legerit.

278. Libri θέλω. Correxī in θέλων. Quorsum enim noster Creusam ita scire, immo *penitus scire*, cupientem finxerit quid Ion rogare vellet. Is demum ἐκμαθεῖν θέλει qui puerili admiratione motus exclamat, *Per Deos verumne est id quod mortales fabulantur?*

279. πρόγονος πατήρ πατρός σου est *avus tui patris*: sc. Eriethonius Pandionis pater, Erecthei autem avus erat.



οὐ πάντες ἄλλοι γύαλα λεύσσοντες θεοῦ  
χαίρουσιν, ἐνταῦθ' ὄμμα σὸν δακρυῤῥοεῖ.

ΚΡΕΟ. ὦ ξένε, τὸ μὲν σὸν οὐκ ἀπαιδευτῶς ἔχει  
εἰς θαύματ' ἔλλειν δακρύων ἐμῶν πέρι. 260

ἐγὼ δ' ἰδοῦσα τούσδ' Ἀπόλλωνος δόμους,  
μνήμην παλαιὰν ἀνεμετρησάμην τινά·  
οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον ἐνθάδ' οὔσά περ.

ὦ τλήμονες γυναῖκες· ὦ τολμήματα  
θεῶν· τί δῆτα; ποῖ δίκην ἀνοίσομεν, 265  
εἰ τῶν κρατούντων ἀδικίας ὀλούμεθα;

ΙΩΝ. τί χρῆμα δ' ἀνερεύνητα δυσθυμεῖ, γύναι;

ΚΡΕΟ. οὐδέν· μεθῆκα τόξα· τὰπὶ τῷδε δὲ  
ἐγὼ τε σιγῶ, καὶ σὺ μὴ φρόντιζ' ἔτι.

ΙΩΝ. τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς ἦλθες; ἐκ ποίου πατρός 270  
πέφυκας; ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεῶν;

ΚΡΕΟ. Κρέουσα μὲν μοι τοῦνομ', ἐκ δ' Ἐρεχθέως  
πέφυκα, πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις.

ΙΩΝ. ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ' ἄστν, γενναίων τ' ἄπο  
τραφεῖσα πατέρων, ὡς σε θαυμάζω, γύναι. 275

ΚΡΕΟ. τοσαῦτα κέντυχοῦμεν, ὦ ξέν', οὐ πέρα.

ΙΩΝ. πρὸς θεῶν, ἀληθῶς, ὡς μεμύθεται βροτοῖς,

ΚΡΕΟ. τί χρῆμ' ἐρωτᾶς, ὦ ξέν', ἐκμαθεῖν θέλων;

ΙΩΝ. ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλασταν πατήρ;

ΚΡΕΟ. Ἐριχθόνιός γε· τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφέλει. 280

ΙΩΝ. ἦ καὶ σφ' Ἀθάνα γῆθεν ἐξανείλετο;

- ΚΡΕΟ. εἰς παρθένους γε χεῖρας, οὐ τεκοῦσά νιν.
- ΙΩΝ. δίδωσι δ', ὡσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται;
- ΚΡΕΟ. Κέκροπος γε σώζειν παισὶν οὐχ ὀρώμενον.
- ΙΩΝ. ἤκουσα, λῦσαι παρθένους τεῦχος θεᾶς. 285
- ΚΡΕΟ. τοιγὰρ θανοῦσαι σκόπελον ἤμαξαν πέτρας.
- ΙΩΝ. εἶεν· τί δαὶ τόδ'; ἄρ' ἀληθές, ἢ μάτην [λόγος];
- ΚΡΕΟ. τί χρῆμ' ἐρωτᾶς; καὶ γὰρ οὐ κάμνω σχολῇ.
- ΙΩΝ. πατήρ Ἐρεχθεὺς σὰς ἔθυσσε συγγόνους;
- ΚΡΕΟ. ἔτλη πρὸ γαίας σφάγια παρθένους κτανεῖν. 290
- ΙΩΝ. σὺ δ' ἐξεσώθης πῶς κᾶσιγνήτων μόνη;
- ΚΡΕΟ. βρέφος νεογνὸν μητρὸς ἦν ἐν ἀγκάλαις.
- ΙΩΝ. πατέρα δ' ἀληθῶς χάσμα σὸν κρύπτει χθονός;
- ΚΡΕΟ. πληγαὶ τριαίνης ποντίου σφ' ἀπώλεσαν.
- ΙΩΝ. Μακραὶ δὲ χῶρός ἐστ' ἐκεῖ κεκλημένος; 295
- ΚΡΕΟ. τί δ' ἰστορεῖς τόδ'; ὡς μ' ἀνέμνησάς τινος.
- ΙΩΝ. τιμᾶ σφε † Πύθιος ἀστραπαὶ τε Πύθιαι;
- ΚΡΕΟ. † τιμᾶ, τιμᾶ ὡς μή ποτ' ὄφελόν σφ' ἰδεῖν.
- ΙΩΝ. τί δέ; στυγεῖς σὺ τοῦ θεοῦ τὰ φίλτατα;
- ΚΡΕΟ. οὐδέν· ξύνοιδ' ἄντροισιν αἰσχύνην τινά. 300
- ΙΩΝ. πόσις δὲ τίς σ' ἔγημ' Ἀθηναίων, γύναι;
- ΚΡΕΟ. οὐκ ἀστὸς, ἀλλ' ἐπακτὸς ἐξ ἄλλης χθονός.
- ΙΩΝ. τίς; εὐγενῆ νιν δεῖ πεφυκέναι τινά.
- ΚΡΕΟ. Ξοῦθος, πεφυκῶς Αἰόλου Διός τ' ἄπο.
- ΙΩΝ. καὶ πῶς ξένος σ' ὦν ἔσχεν οὔσαν ἐγγενῆ; 305
- ΚΡΕΟ. Εὐβοί' Ἀθήναις ἔστι τις γείτων πόλις·

282. Recte Musgravius de ipsius Palladis manibus hæc intelligit.

